



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

90. An taciturnitas veri reddat subreptitiam dispensationem, quando
tacetur aliquid, quod secundum stylum Curæ est necessario
declarandum? Ex p. 1. tr. 10. res. 42.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolver.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

De Dispensationib. Res. LXXXVIII. &c. 231

qui in dubio, & quantum fieri potest, presumendum est. Nam presumptio faciens actum valere, reputatur aliquis simior, & potentior, ut probat Menochius de presump. lib. 6. presump. 4.

5. Nota tamen quod post haec scripta, inueni doctum, & amicissimum P. Martinum Perez de matrim. diff. 4.6. fol. 1. n.4. sententiam Sanchez docere, nempe, in dubio, an causa sit finalis, vel impulsua, dispensationem esse validam; & pro illa citare Hurtadum, & Coninck: unde ego hanc sententiam puto satis probabilem esse.

RESOL. LXXXVIII.

An qui dabitur, num dispensatio obtenta, sit validas, possit ea vix?

Et natura, quando dabitur, an causa in dispensatione, vel gratia, aut privilegio, tacita, vel falso expressa si finalis, vel tantum impulsua, presumendum sit effe causam impulsuan, & non finalem. Ex p. 4. tr. 3. Ref. 45.

Respondeo, quod in tali casu presumendum est dispensationem esse validam. Ita tenet Riminaldus lib. 3. cons. 275. num. 17. & lib. 5. cons. 561. num. 26. quem citat, & sequitur Sancta- tellus variar. refol. tom. 1. quest. 59. num. 1. Et ratio est, quia in re dubia iudicandum est in fauorem actus, ut felicitas magis valeat, quam pereat ex cap. Abbat. de verb. significat. & ex l. quorū, ff. de rebus dub. Nec valer dicere, quod, v. g. constat esse impedimentum, & dispensatio est dubia. Ergo posse est pro impedimento; & cum melius sit conditio possiden- di, dicendum est dispensationem non valere; nam teipso meliorem esse conditionem possiden- di, illi aliquid aliud non praeualeat, ut praeualeat in cau- nostro, nam in dubio presumendum est pro validitate actus.

2. Notandum est etiam hic obiter, quod quando dabitur, an causa in dispensatione, vel gratia, vel privilegio tacita, vel falso expressa sit finalis, ita vt sine illa non concederetur dispensatio, vel gratia; an vero sit tantum impulsua, ita vt etiam ex expressa Principis concederet dispensationem, vel gratiam, presumendum est cauam esse impulsuan, & non finalem; quia, vt dictum est, in dubio presumendum est in fauorem valoris actus ut valeat, & non pereat. Ita Sanctellus ubi supra n. 5. cum aliis penes ipsum, licet etiam probabilitate contrariam sententiam tenet Molina de iust. tom. 1. disp. 173. Baldus lib. 1. consil. 35. num. 2. Bartholomaeus Socinus lib. 2. consil. 273. assertentes in tali presumendum esse, quod sit causa finalis; sed nostra opinio est probabilis, & creditur sermo.

RESOL. LXXXIX.

An in dubio circa dispensationem matrimonij, dispensatio confenda sit valida, v. g. ut si causa tacita, vel falso inter alias, verae expressa sit finalis, vel tantum impulsua?

Idem est, quando dubium est, an satis probetur veritas narratur in supplicatione, &c. Ex part. 3. tr. 6. & Milic. Ref. 9.

Hic casus frequenter potest accidere, ut fi- v. g. causa tacita, vel falso inter alias ve-

ras expressa sit finalis, quæ vitiat dispensationem, vel tantum impulsua, quæ non vitiat, item quan- do dubium est, an satis probetur veritas narrato- rum in supplicatione, &c. & negatiuam sententiam docet Cquinch de Sacram. dispu. 33. dub. 6. num. 93; vide etiam Gutierrez lib. 3. præl. qq. quest. 7. num. 115. Menochium volum. 3. consil. 262. num. 57. Bartolomae par. 1. leg. 1. numer. 84. pro solut. marit. & alios penes ipsos. Haec opinio est proba- bilis.

2. Sed non minus probabilem contrariam esse existimo, quam tuerit Salas de legibus, dispu. To. fol. 15. num. 22. Sanchez de matrim. lib. 9. dispu. 21. num. 25. & alij quia in dubio semper presumuntur actus validus, cap. Abbat. de verb. significat. & con- sequenter dicendum est, quod posse est sit pro va- lone actus, & in dubio causa presumuntur semper im- pulsua. Ceteras rationes videbis apud Sanchez; adi illum, & non pigebit. Vide etiam Riminaldum volum. 3. consil. 275. num. 17. & volum. 5. consil. 562. num. 26. & sequenti. & Bonacinam de legib. tom. 2. dispu. 1. quest. 2. punct. 6. num. 4. hanc sententiam docentes.

3. Verum post haec scripta ingenii nouissimum Franciscum Metollam in suis dispu. 3. cap. 3. dispu. 3. coroll. 14. num. 178. negatiuam sententiam aduersus Sanchez docere; sed ego his non obstantibus, non discedo ab eius sententia affirmativa, quam præter citatos Doctores, etiam docet, & sustinet amicissimus Pater Sanctellus tom. 1. variar. refol. quest. 59. per totam. Dico igitur, quod quando dubitatur an dispensatio sit valida, an subrepititia, presumendum est, quod sit valida; nam in re dubia iudicandum est in fauorem actus. Ideo haec omnia Confessarij mente teneant, nam vi dixi, plures haec dubitatio in facti contingente potest accidere; & secundum hanc opinionem consilientes, seu penitentes à maliis la- boribus liberabuntur.

RESOL. XC.

An taciturnitas veri reddat subrepitiam dispensatio- nem, quando taceatur aliquid, quod secundum stylum Curiae est necessario declarandum? Ex p. 1. tr. 10. Refol. 42.

S. 1. Affirmatiu respondet Sanchez tom. 2. lib. 8. dispu. 21. quest. 1. Layman. in Theolog. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 22. numer. 18. Et ratio est: quia stylus Curiae facit ius, vt ex multis probat Bar- bosa in collect. tom. 1. lib. 1. titul. 2. cap. 11. numer. 3. Ergo, &c.

2. Sed Granado in part. 2. contr. 7. tral. 3. part. 2. dispu. 17. fol. 6. num. 46. docet, tunc stylum Curiae facere ius, quando constat, cum esse talen, ut pen- dentis arbitrio inducar obligacionem eisam in foro conscientiae; quod non semper constat: imo Hen- riq. lib. 12. cap. 3. num. 7. afferit, taciturnitatem veri non vitiare dispensationem in foro conscientiae, sed solum in externo; licet stylus Curiae pereat ut non taceatur: & Cevallos in qq. præl. quest. 737. à num. 20. ait, eiusmodi stylum non obligare extra Curiam: quod idem sentiat alij Doctores: & præ- terea stylum Curiae variari, variato Pontifice, & non obligare, nisi sit scriptus, & à Papa approbatus. Quod quidem deseruit, ut non reputetur subrepititia dispensatio, in qua taceatur verum contra stylum Curiae; nisi certè constituerit, talen esse stylum, ut in foro animæ obliget, & in eo loco

Sup. hoc id
Ref. seq. si-
gnanter in
§. Itaque, &
lege Resol.
not. seq.

Sup. hoc stylu-
lo curie la-
tissime supra
in Ref. 63. §.
difficultas.
& in multis
aliis eius an-
not. & in
R. C. seq. §.
Itaque, & in
alii eius

in quo traditur dispensatio. Hæc Granado, licet contarium seneat Salas de legib. q. 97. tract. 14. disp. 20. scđ. 15. numer. 117. & Sanctarellus variar. refolut. p. 1. q. 50. num. 17. vbi docent sententiam Sanchez. & impugnat Henriquez, & Cœuulos quorum sententia turissima est, cum opposita sit periculosa quando taciturnitas reddit dispensationem difficulterem.

RESOL. XC.

An taciturnitas veritatis dispensationem vitiet, qua sola est causa finalis concessionis, & secus vero, quando est sola causa finalis impulsua?
Et docetur, *qua sit causa finalis, & qua vero impulsua.*
Ex p. 8. tr. 3. Ref. 50.

Sup. hoc in §. I. Relictis alius sententiis, assero solùm vitari Re. & præterita, & lege Ref. & 55. non. seq.

Reliictis alius sententiis, assero solùm vitari gratiam, & dispensationem tacita veritate, qua est causa finalis concessionis; secus vero quando est solùm causa finalis impulsua. Appello causam finaliem illam, *qua cognita*, Princeps gratiam non concessisset: impulsuum vero, *qua cognita*, concessisset quidem, sed cum maiori difficultate. Et ita hanc sententiam tenet Pater Molina de Iustit. tom. 1. tractat. 2. disp. 173. verb. vi item legitimatio. Emmanuel Sa verb. Gratia, num. 10. Courrurius lib. 1. variar. cap. 20. num. 5. Menochius de arbit. lib. 2. cent. 4. cas. 201. num. 3. & alij, quibus adde nouissime sapientissimum P. Amicum tom. 5. disp. 6. scđ. 8. num. 114.

2. Probatur hæc opinio ex *capit. dudum, vers. Nos igitur, de probend. in 6. vbi ad valorem concessionis beneficij, ponderat Pontifex, non obstat taciturnitatem veri, quo cognito, adhuc concessisset, ibi, Considerantes quoque, quod nos, exposito nobis de potestate predicta, nihilominus litteras graticias daremus.* Item ex *cap. fin. de fil. presbyt. in 6. vbi decidens textus, non valeat dispensationem ad aliud beneficium impetrandum, ab illegitimo obtinetam, si aliud prius impetraverat, nisi prioris defectus mentionem faciat, reddit rationem his verbis: Cum non sit verisimile, sedem ipsam cum illo predictum patiente defectum, voluisse, si hoc fuisset expressum, dispensare.*

3. Secundo, probatur, *qua ratiⁿ huius subreptionis, & efficacij gratia, tacita veritate, confurgit ex ignorantia illius veritatis in Principe, ac proinde defectus voluntatis concedendi, ignorantia enim, voluntarium auctor. At subreptio, & defectus causa impulsua, qua solùm retardaret à tam felici confessione, non irrita dependentia à gratuita voluntate, nec auctor voluntarium ad eorum valorem requiritum, sed tunc tantum, quando omnino retraheret à confessione, & sic ex defectu in causa finali, vt constat ex l. cum tale, 71. §. falsam causam, ff. de condit. & demonstr. vbi deciditur, tunc vitari legatum ex causa defectu, si probetur fore, vt cognita veritate testator non legaret. Ergo à fortiori, gratia, & dispensationes, qua non omnino gratuitæ sunt, sed ad Principis officium spectant, & in quibus concedendis, aut denegandis, ratione ipsum duci oportet; tunc tantum vitabuntur, ac in voluntaria censebuntur, quando ignorantia, aut error Principis versetur circa causam finalem, qua vere cognita, gratiam non concessisset.*

4. Confirmatur, *qua in ceteris omnibus dispensationibus, defectus causa impulsua non impedit valorem actus, sed solius causæ finalis, vt dicunt communiter Doctores, ex cap. cum cessante, de appell. & leg. si mulier, Cod. de iure doi. & leg. I. §. lexum, ff. de postul. ergo idem dicendum est in gratiis, & dispensationibus.*

5. Dicendum est igitur non cuiuscumque veritatis taciturnitate dispensationem vitari, sed solùm ea, qua cognita dispensatorem retraxisset à dispensatione concedenda, quæque per se ad dispensationem facit. Prior assertio pars probatur; nam tunc vitiatum substantialiter dispensatio, quando non procedit ex efficaci, & absoleta voluntate dispensatori: quotiescumque tacetur veritas, qua cognita, concessa non fuisset dispensatio, non procedit ex efficaci, & absoleta voluntate dispensatori: ergo substantialiter vitiatum. Maior patet: nam valor dispensationis pender ex voluntate concedentis: ergo quando ea non est efficax, absoleta, sed tantum, conditionata, non erit sufficiens ad valorem dispensationis, conditione non substantiente. Minor probatur; quia quando veritas, qua tacetur, est talis, vt ea cognita, non fuisset concessa dispensatio, presumitur, voluntatem dispensatori non fuisse, absoletè tamen dispensationem concedere, sed sub conditione, nisi omittatur veritas, qua cognita, dispensatio non concederetur. Cæterum limitatur assertio, nisi veritas, qua tacetur, sit notoria, quia tunc censetur nota dispensatori.

6. Posterior pars assertio constat. Primo, si quis multis crimibus irretitus, beneficium à Pontifice imperaret, qui tamen si ab eo cognitus fuisset, ob sua crima non imperat: cum tamen nemo dicat, huiusmodi imprecatiōnem esse inutiliam, ex eo quod si Pontifex beneficiari criminis cognovisset, beneficium illi non contulisset. Secundo, quia non presumitur dispensator sicut dispensationem concedere sub tacita conditione cuiuscumque supplicatione veritatis, qua expresa ipsum retraxisset à dispensatione concedenda, sed cius dumtaxat, que ad dispensationem pertinet, alioquin innumeræ sunt veritates, qua si explicarentur, dispensatorem retraherent à dispensatione concedenda: unde nunquam dispensatus posset esse in conscientia securus de dispensationis valore. Ratio est, quoniam dispensator, cum dispensat, per se tantum attendere presumitur ad ea, qua extrinseca sunt dispensationi, quæque per se ad illam pertinent.

7. Porro, quia ad dispensationem pertinere censentur, duplices sunt generis; alia intriseca, vt est causa finalis: alia extrinseca, à iure requisita, vel consuetudine introducta, vel ex stylo Romanæ Curiae præscripta, quorum omnium taciturnitate vitiatum dispensat: quia dum dispensator dispensationem concedit, presumitur eam concedere sub tacita conditione, nisi prætermittat aliqua veritas ex iure, vel stylo Romanæ Curiae, aut recepta consuetudine apponi solita. Quo fit, vt hac etiam ex ignorantia omissa, dispensationem vitient, quia pertinent ad substantiam valoris, qui pender ex voluntate dispensantis. Et hæc omnia docet Amicus vbi supra.

8. Itaque in dispensatione non solùm exprimens da sunt ea, que iura iubent exprimi. Suarez de Relig. tom. 2. lib. 6. cap. ultim. num. 5. Sanchez de Alatriste, lib. 8. disfut. 21. numer. 13. & alij. Sed etiam idem in Relig. 1. in fine, 8. scđ. 2. etiam in Curiae Romanæ, in rescriptis exprimenda est; talis fine, & in enim est necessariò explicanda in interpretatione dispensationis, vel alterius gratiae, ne reddatur subreptitia, quamvis constet ea expresa. Principem adhuc gratiam fore concedendum. Ratio est, quia cum multis aliis stylis Curiae fiat ius, cap. quām gravi, de crimin. DD. in eius fals. nec ab eo sit recessendum, vt, multis citatis, Vnde à infra in Rel. 102. & Dis. Secundo, & probat Mascard. de probat. conclus. 13. 17. numer. 51. lin. 6. & ver. Addendo. Idem de hac qualitate sentiendum est, quod illa in to. 9. 7. quam iura exprimi iubent. Sic docent Decian. in Rel. 118. cap. a. aures, in nou. edit. conclus. 2. numer. 28. de §. 1. mō. rescripte.